

Epistola 313 FRANCISCO BURMANNO IOHANNES COCCIVS.
IOHANNI COCCIO BERNARDUS COMERUS.
Epistola 312. Plurimum Reverende et clarissime D. praeceptor.

425

424

Ante octo dies et amplius literas dedi, quibus Rev. tuæ gratias ago de inexpectato munere, et epistola; sed non pro merito. Non enim mihi brevem moram mihi permittibat vir reverendus, quocum præcedentes literas mihi. Feliciter illum jam advenimus et mihi iuvemus. Filius ipsius, tam diu patitur. Bona hac occasio literas per amicum mittendi, materiam præbet Rev. tuam iterum per literas conveniendi; et, cum alia non habeam, quaestiuiculas et dubia aliquot proponendi, unde me expedire non possum.

I. Si lex, quæ israelitis imperat chirographum contra se ipsos scribere (Jer. 17:1. et alibi) sit præcipua pars oneris illius gravissimi, quod israelitis fuit impositum, signum ea lex posita fuit ante *τὴν τωαράβωιν* Exod. 29:12.16. videbitur obscure loco Epistola ad Galatas 3:19. *ὁ νόμος τῶν τωαράβωιν ἔσται πρὸς ἐλπίδα.*

II. Actor. 26:10. videntur iudicia capitalia iudeorum non Romanorum fuisse: quomodo id convenit cum Joh. 18:31.

III. 2. Cor. 13:5. ultima videntur sic esse distinguenda: *εἰ μὴ (sc. ἡμεῖς) ἢ ἐν ὁπῶν* τί ἀδελφοί ἐστέ. innuit non Dei, sed ipsorum hominum culpam esse, si responsi sint et nihil pensi habentes.

IV. Gen. 49:1. quid intelligit iacobus *אֶתְּיָדָי וְאֶתְּיָדָי*.

V. Non bene intelligo quinam proprie *ἐπιστάται* per vocabulum *θεῶν* *ἀποκρίνωι*. An omnes in genere iudices, præfecti, et legum Divinarum custodes, an tantum concilii et senatus magni assessorum et membra. Si omnes præfecti et exactores iudeorum ita vocentur, quomodo dici potest ad illos omnes *ὁ νόμος τῶν θεῶν ἀποκρίνωι*. Si *θεοὶ ἀποκρίνωι* tantum ii sint qui in synedrio magno sederunt, et hæc sola sit Moysis cathedra, quomodo Christus causam suam orare potuit contra Deos illos, quæ psalmo 82. et alibi ab Ezechiele prædicatur. Nam priusquam Christus docere incepit, Herodes isti concilio non tantum omnem auctoritatem ademittit, sed etiam omnes iudices et senatores interfecit, ut est in Josepho.

VI. In libro de Fædere, p. 94. ab initio pagina: *Adam primus obedientiam debuit et pro se et pro posteris.* Videtur hinc colligi posse (quod memini Rev. tuam non probare) Deum cum primo homine tale fædus inivisse, ut non tantum in dritum mortis, verum etiam meritum vitæ fuerit transiturum in filios. Ita ut, si Adamus ad finem sanctus permansisset, filii Adam non fuerint vocandi ad præstandam legem opitæ, sed ad vitam, tanquam præmium illius legis, quod Adamus Pater pro omnibus filiis et nepotibus fuisset meritis. Quaeso, vir clarissime, ne id mihi graveris exponere. nam videtur illa res satis magni momenti esse, et tamen valde ambigua, nec sine difficultate, sive affirmetur, sive negetur.

Nostri omnes bene valent. Rev. tuam, D. uxorem et familiam honoratissimam plurimum mecum salutant. Vale, vir celeberrime, et me favore tuo dignari perge.

Rev. tuæ

Studiosissimum

B. Comerus.

Admodum etiam hoc scire desidero: quomodo Rev. tua in Lexico procederet.

Missinga Kalend. Quinctilib. ch. b. clxx.

Responsum est in Epistola CX. prius edita.

Eysen

D. a Thill
G. G. G. G.
exemplis fid.

Ja
ne
76

W
A Na
n
so

Reverian
Jan 22
Heida
Han
f

n

Admodum Reverendo et
Clarissimo viro

D. Johanni Cocceio
S. Theologiae Doct.
et Professore

Jugundum Doct.

Amica manu

